



Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo XVI. Antiqua Monumenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illustrandam,
Nunquam Edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1601

Epistola LXI. Dilectissimo patri, & pio Pontifici Paulino patriarchæ. Albinvs
Vestræ Filivs Dilectionis perpetuæ in Christo prosperitatis salutem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)

Dilectissimo patri, & pio Pontifici Paulino
patriarchæ.

*ALBINVS VESTRÆ FILIVS DILECTI-
onis perpetuæ in Christo prosperitatis
salutem.*

SI quotidie tuæ beatitudinis præsentia vterer, non
quam tunc mellifluo ex ore tuo dulcedine satiarer,
sed quantum auida mens ex fonte vitalis vnderet
beret, tantum sitis addita cresceret. At nunc tanta lon-
rum spatia vicariæ colloquutionis familiaritatem diuidunt
vt vix pergentis chartulæ gerulus inueniatur. Et in angusti-
pectoris antro charitatis olla feruescit; nec habet, quod
gorem sui splendoris ostendat, cui costas charitatis epulas
apponat: & quodammodo abundantia suauitatis veritas
in esuriam amaritudinis. In pampinis vitis florescit, sed cul-
tor huius vineæ infructuosæ vuis non te pascit. Agricola
niones eruit de gloria, sed aurum in opus coronæ defecit.
Nouit, qui mecum talia patrum, quid hæc significare vo-
lunt paradigmata..... Fortè & harum lector literaturæ
ralem se memorat, qualem me agnoscit in illis, & maxime
tu, pater sancte, de cuius corde fons vitæ emanat, charitas
& flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Et qui hæc
consolationem spei nostræ promisit, tui est inhabitator pro-
phetis, qui est virtus, sapientia DEI; in cuius potentia,
gratia mirabiliter de Auarorum genere triumphatum est
quorum missi ad domnum Regem directi subiectionem
pacificam, & Christianitatis fidem promittentes. Et
hoc, diuina eos præueniente gratia, verum est; quis se-
uorum DEI tam pio, & laudabili labori subtrahere debet

Ioan. 7.

vt diaboli diruatur sæuitia, & Christi Domini crescat feruitium?

Sed quàm plurimorum in te, pater optime, oculi respiciunt, quid vestræ veneranda sanctitas facere velit. Quia & vicinitas locorum tibi competit, & sapientiæ decus superpetit, & auctoritatis excellentia tibi appetit, & cuncta conueniunt, quæ tali operi necessaria esse videntur. Ideo meæ paruitatis curiositas propterea huius sanctæ rei desiderat veritatem, & tuæ consiliū deposcit prudentiæ, vel quid exinde agere tam bona voluntas deliberatum habeat, agnoscere flagitat. Opus enim arduum est, sed ipsa attestante veritate: Omnia scimus esse possibile credenti. Et qui de persecutore fecit prædicatorem, & de stercore eriget pauperem, vt sedeat cum principibus. Ipse potest de arida cordis mei caute riuulos viui fontis & in vitam salientis, producere, æternam: quãtò magis de vestro pectore abundantissimo flumina Gehonica fluentia per totam Nilorici ruris latitudinem ad fecundandos diuersi generis flores, diffundere valet.

Audiat, obsecro, per te, vnanimis tuæ charitatis filius, quid paterna præuideat agendum prudentia. Certissimum itaque consilium salutis per os illius sperari debet, cuius pectoris septiformis consilij inhabitator dignoscitur.

Binas vestræ paternitati paulò ante direxi chartulas. Vnam per sanctum Episcopum HISTRIENSEM; aliam, per virum venerabilem ÆRICVM Ducem, & veluti vestigalia aliqua vestræ beatitudinis exhortationum: ne sprete charitas aliquid rugosa fronte, vel queruloso calamo exarare incipiat. Nequaquam in augmentum tristitiæ meæ diutiustaceas: sed spiritum consolationis tibi à DEO datum, frequenter mihi apices facere almitatis vestræ

P 3 conso-

Marc. 9.
1. Tim. 1.
Psalm. 112.

MCCLXV
SII
omg. 112,
SIV
24

consolationis non graueris: vt tuis bonis exhortationibus
& sanctis orationibus adiutus, ad supplementum mercedis
tibi perpetuæ, diuina auxiliante misericordia, vitæ æternæ
tecum particeps esse merear.

*Floreat in vestro diuinis pectore donis
Semper in æternum Sophia, sancte pater:
Et mihi conseruet Christi dextra omnipotentis
Incolumem, meritis augeat ætheris.
Donec suscipiat felix te porta polorum
Qua memor esto semper in ore mei.*

EPISTOLA LXII.

Domino patri Paulino.

ALBINVS SALVTEM.

HX eo sciri potest quanta mihi esset auiditas loqui
di tecum, si facultatem confabulationis iniqua
rarum longinquitas non prohiberet: dum in vni
dexteram portitoris, propter causas superuenientes, tres
simul posui indiculos. Vnum sollicitudinis meæ. Alterum
munusculi mei. Tertium, pro filia mea LIVTGARDE
mina religiosa, ac Deo deuota. Nam illa sanctitati tuæ dicitur
direxit armillas auri obryzi, pensantes xxiv. denarios
nūs, de noua moneta regis, quàm libram plenam, vt orare
pro eâ cum sacerdotibus tuis: quatenus diuina clementia
dies suos disposuisset in salutem animæ suæ, & sanctæ
exaltationem Ecclesiæ. Ego de tua indubius fide, suasi,
faceret. Tu verò pater sancte, mei, & illius me-
mor vbique in CHRISTI charitate
valeto.